theo Sierzinski Cubicularius nostri, Advocatiam predictam de manibus qui
cunque possessoris et aliorum de eadem ius aut interesse habere se pre
tendentium, quorumcunque et cuiuscunque sit, pro expressis habere volumus
summa pecuniae si que inscripta fuerit vel ea que ex iusta taxatio
ne provenerit, redimere, redemptamque possidere, Quamobrem ma
damus et post quam per nostros Commissarios quibus hoc negotium exe
quendum commissimus, literis nostris testimonialibus vocati fuerint, coram eis personaliter
cum literis originalibus compareant, Ac quicquid a memora
tis Commissariis in eo negotio decretum fuerit, id diligenter obser
vari curent, pro gratia nostra et gravi animadversione aliter non
faciant. Datum Marieburgi die secunda mensis Decembris An
no Domini M. D. LXXVII Regni vero nostri Anno secundo. Ad man
datum Sacrae Regiae Maiestatis proprium

Actum in Castro Premislien Sabbato ipsa
die festi sanctae Priscae virginis Anno Domini Millesimo quinge
18/I tesimo septuagesimo octavo Coram Generoso Alexio Krassicki
de Sieczin Tribuno terrestri et surrogato Capitaneatus Premi
slien officioque et Actis

Miczowski protestatur contra Glowa

Veniens personaliter ad officium et acta praesentia Castren Premislien
Nobilis Mathias Miczowski sollicite eius officio contra et adversus
Generosum Stanislaum Glowa protestatus est, quia ipse contrave
niendo inscriptioni suae, summam Centum viginti florenorum pecuniae coram officio et
actis praesentibus solvi pro die hodierna in bonis suis omnibus sub vadio
simili Centum viginti florenorum pecuniae inscriptam eidem Mathie Mi
czowski non dedit, persolvit neque ad acta praesentia reposuit aut
reliquit, prout summa inscriptionis latius praemissa testatur, Et facta
protestatione idem Mathias Miczowski eundem praedictum Glowa non
satisfaciendo inscriptioni suae, quinimmo expectatum ultra horam so
litam discessit et Memoriale solvit

Wierzbowska protestatur contra Borkowski

Veniens personaliter ad officium et acta praesentia Nobilis Elizabet rel

icta Consorte Nobilis olim Thome Wierzbowski, sollicite eius officio
Castren Premislien protestata est contra Nobilem Christophorum
Borkowski quod ipsa parata fuit, seque paratam offerebat ab eodem
Nobili Christophoro Borkowski summam Trecentorum florenorum pecuniae
monetae Polonicalis, quam idem Borkowski praedictae Wierzbowska co
ram officio et actis Castren Capitanealibus Leopolien solvi pro die hodi
erna coram actis praesentibus Castren Premislien inscripsit et in bo
nis suis asseruerint, actis prout inscriptio eadem Castren Leopoli
en de premissis latius obloquitur, recipere, ac perceptam qui
etare, Verum quia idem Christophorus Borkowski summam pre
expressam contraveniendo inscriptioni et submissioni suae ad acta
praesentia non reposuit aut repositam reliquit, Ideo de eius dili
gentia ordine bonae praenotatae contra eundem Borkowski et eius
atque item protestabatur

Actum in Castro Premislien feria tercia,
ante festum Conversionis sancti Pauli Apostoli proxima
21/I Anno Domini Millesimo quingentesimo septuagesimo octa
vo Coram Generoso Alexio Krassicki Tribuno terrestri et
surrogato Castren Premislien officioque et Actis

Pomdenski arendat Castellano Leopolien

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castren Premislien
Generosus Stanislaus Pomdenski ab omnibus districtibus Iuribus suis
quibuscunque propter forum suum quomodo competenti recedendo, Iuri vero Castren
Premislien Iurisdictioni se subiciendo bonisque suis omnibus quoad acta
praesentia inscriptionis incorporando, sana mente et corpore sexus existens publi
ce per expressumque recognovit Quia bona villae suae totam
et integram villam Pijatkowicza, qui sibi Magnificus Stanislaus
Herbort de Fulsztin Castellanus Leopolien, Samboriensisque Capitane
us anticipando diem et tempus solutionis summae duorum millium florenorum
pecuniae pro quo inscripserat se sibi coram Iudicio et actis terrestribus
Premislien eandem summam pro festo instanti Conversionis San
cti Pauli Apostoli solutum, in possessionem et usumfructum eiusdem
re eius inscriptionis vero dedit et in Mintem certis admisit cum